



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

37 Visitoribus secundum locorum mediocritatem honesta mensa
paranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Mediolan. Oxonien. & in fin. ibi, die 13. Augusti 1491.

34 **V**idualia ¶ verò, siue procurationes à visitatis tantum præstari debent: quòd, si consuetudo sit, ut à communitatibus prærentur, ea servanda est, si autem laici visitationem procurare solent, ea etiam consuetudo servari debet, quandiu ipsi voluerint, sed, si recusarent, non sunt cogendi, ut in decis. super pra. cap. 3. sub tit. Vintimilien.

35 **P**otestque ¶ Episcopus iterum visitare ecclesias visitatas ab inferioribus, non tamen punire punitos ab eis; nec ab inferioribus visitatoribus absoluti innocentiam suam iterum demonstrare tenentur, ut in decis. ibi sub tit. Buscoducen.

36 **P**otest etiam ¶ Episcopus visitare cumulativè, quòd ad omnia beneficia subdita Abbati habenti quasi Episcopalem jurisdictionem, ut ibi sub tit. Caseri Durantis, & cogere Præpositum exemptum solitum visitare, ad visitandum quolibet anno per se ipsum, & intra mensem rationem reddere, dictaque testium eidem Episcopo exhibere, exemptione non obstante, ut ibidem in decis. sub tit. Cremonen. & per villas exiens, ut sacramentum confirmationis tantum conferat, prandia enormiter ¶ fieri permittere non debet, sed secundum mediocritatem uniuscujusque loci convivium debet præparari, ne eo prætextu pauperibus damna inveniuntur, ut cap. fin. post med. 10. quest. 3. Minorique quo possunt equitatu, & sanulatu debent visitatores esse contenti, ut in eod. cap. 3. circa medium. Et

37 **P**rotoniam ¶ contra Episcopos visitantes, 39 constar antiquitus plures querimonias fuisse delatas, ut in cap. cavendum, & cap. inter cætera, eadem quest. 3. qui quinquage-

narium numerorum evectionum excedebant, ut in eodem cap. inter cætera, s. cum verè, & ibi gloss. in ver. quinquagenarium, & in extravag. benedicti, quæ incipit, va electionis, de censib.

Propterea fuit postea numerus præfinitus, & statutum, quòd Archiepiscopi visitantes pro diversitate Provinciarum, & facultatibus ecclesiarum, 40. vel 50. evectionum numerum. Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. sed non loquitur de Cardinalibus. S. R. E. nunquam excederent, Archidiaconi 5. vel 7. ad summum, Decani, idest Archipresbyteri rurales, ut hodie Vicarii Foranei sub Episcopis duobus equis contenti esse deberent nec cum canibus, venatoribus & avibus, sed ita procedere debent, ut non quæ sunt sua, sed, quæ Iesu Christi quærere videantur, non sumptuosas epulas appetere, sed cum gratiarum actione, quod honestè, ac competenter illis fuerit ministratum recipere debent, cap. cum Apostolus, s. quo circa de cens. ne contra eos dicatur, quòd vix cautela diversorum coquorum eos potest satiari, unde ex nimia ingurgitatione os olet, ut ibi per gloss. in verb. sumptuosas. Et dictus numerus secundum tolerantiam, est ad summum statutus, in illis locis in quibus ampliores sunt redditus, & juxta ecclesiæ facultates potest observari. In pauperibus autem locis tantus numerus haberi non debet: ne ex tolerantia majorum minores merito doleant se gravari, ut eodem cap. cum Apostolus, s. sane, & ibi Abb. num 3.

In concilio ¶ autem primo Provinciali Mediolanen. à sanctæ memoriæ Carolo Cardinali Borromeo celebrato, auctoritate Apostolica confirmato, numerus fuit præ-